UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Disciplina & Institvtio Studiosæ Iuuentutis Tum Pietati & Eruditioni tum formandis moribus seruiens

Coloniae, 1648

De gestibus in Ministerio mensæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-55193

Visual Library

tuo nectar illud immortalitatis quod promiſiſti, ac præparaſti verè diligentibus te per IESVM CHRISTVM. Amen. Pater noſter.

De geſtibus in Miniſterio menſæ.

Erectis & compoſitis pedibus ſta, ſolicitè animaduertens, ne deſit quid. Et cum infundendum, ſiue quid porrigendum, apponendum aut tollendum, ciuiliter id feceris.

Amandatus aliquò, reditum matura.

Ante & poſt epulas DEO benedicas, & conſecrationem recitabis.

Aſtans non turbabis, vel interturbabis aliorum ſermonem: ſed interrogatus, breuiter reſpondeto.

Cantharos & vaſa ne per obliuionem confundas, vt alterum ſundas pro altero, ſi varia ſunt vina.

Salis ne obliuiſcitor.

Sciſſum vel confractum, menſæ ne apponito.

Inter noctu ſub cœnam aduigilato attentè pro emungendis lucernis,

& ne

& ne quid fœdi odoris in nares redoleat conuiuantium.

Emungens ne extinguito.

Sed nec aſſueſces etiam quicquid de menſa remotum eſt, vel reconditum domi habetur, abligurire.

Actis gratijs, & ſublatis omnibus, ſi quid vacat, luſu quopiam honeſto animum laxa cum ſodalibus, donec hora reuocet in ludum à luſu.

De moribus obſeruandis in conuiuio.

Si autem contingat vt ipſe quoque menſæ accumbas, hæc obſeruabis.

In primis vngues præciſos habeto.

Manus lauato.

Erectus accumbito.

Hoſpiti collocanti acquieueris.

Ebrietatem fuge.

Sobrius eſto.

Sic præbebis hilarem te, vt ſemper memineris quid deceat ætatem tuam.

Poſtremus omnium admoueto manum patinæ.